Sub Actu feria 2da post Conductus Paschae 164[?] 173

Poletylo

Debitum.

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan. Bransen. personaliter comparens Nobilis Stanislaus olim Albert. Polesta sanus mente et cor-
pore existens palam publice ac libere recognouit. Quia Nobili Stanislao Po-
letylo genero suo tenetur estque debitus certi veri ac liquidi debiti mu-
tuatique pecuniae Summam Viginti florenorum polon. Quamque summam
de bonis suis generaliter omnibus proxime pro festo Sancti Adal-
berti proxime futuro in anno sequenti submittit se soluere Sub
vadio simili et peremptoria coram officio praesenti Castrensi Bran-
scensi responsione omnibus in et vniuersum iuris remediis
et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibili-
bus se cum suis successoribus vi abscribendo et abrenunciando.

Skrzypki

Demissiones

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan. Bransen.
personaliter comparens Nobilis Gregorius olim Stanislai Gorski sa-
nus mente et corpore existens palam ac libere recognouit. Quia Nobili-
bus Joanni olim Matthiae Skrzypkowski et Marinae Strligowska
coniugibus vnam medietatem et Bartholomaeo Poplawski alte-
ram medietatem obligationis terrae immobilis in bonis Skrzypki
sitae sibi recognitae per olim Nobilem Joannem quondam Lucae Skrzy-
pkowski in Viginti florenis polon. inscript. Cum omnimoda po-
testate eiusmodi inscriptionis ac parata intromissione possessione conti-
one ligamentisque omnibus in originali inscriptione contentis
demittit. Omneque ius suum in personam ipsorum transfundit.

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Bransensibus personaliter
comparens Nobilis Fabianus olim Stanislai Skrzypkowsky
sanus mente et corpore existens palam ac libere recognouit. Quia
Nobilibus Joanni olim Matthiae Skrzypkowski et Marinae Stre-
ligowska atque Bartholomaeo Poplawski obligationem bonorum
in hereditate Skrzypki consistentium sibi per Nobilem Joan-
nem olim Lucae Skrzypkowski in duodecim florenis Polon.
inscript. Cum omnimoda potestate ac parata intromissione possessione
tuitione ac ligamentis demittit. Omneque ius suum in perso-
nam ipsorum transfert et transfundit.